

DELICLIARUM
EPISTOLICARVM

FESTIVALIUM

Exercitatio duodecima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii
Hallenfis


Respondente

JOHANNE BENICHIO
Trebensi Misnico.

in


DIE PHILIPPI ET JACOBI

cl. Is. C. XLIV.



HALLIS SAXONUM

*Typis Heredum Melchioris Oel-
schlegelij.*



M. DC. XLV.

DELICIAE

EPISTOLARUM

FESTIVARUM

ET

PARABOLARUM

CHRISTIANO

RECTORE

UNIVERSITATIS

WITTEBERGENSIS

JOHANNES

TEDESCUS

DIE PHILIPPI ET JACOBI

ANNO

MDCCLXXII

IN

TYPE

LAGER

MDCCLXXII



EPISTOLÆ


in

Festum Philippi & Jacobi

ANALYSIS.

Sap. 5. v. 1. & 14.

THESIS I.



*D*ominatio Christi
erat: Joh. 14, 3. ite-
rum veniam & acci-
piam vos ad me ipsū,
ut ubi ego sum, & vos
sitis. Mira hac &
charitas Christi, &
grata Apostolorum est comitas. Illa patet, quia
non amplius servos, sed amicos vocat Joh: 15.
v. 14. & 15. Hæc sese manifestat, dum sint iam
ubi ipse, & ita veri amici. Propterea licet in
his terris servi abiecti & viles habeantur, sa-
mens



men in caelis amici recepti & fideles salutantur.

2. Id quod etiam Epistola pluribus declarat, desumpta ex Sap 5. à v. 1. u. q. ad 14. In qua habetur Consolatio Ecclesiae, qua petita partim à justorum confidentia v. 1. In quo absolutè tum tempus. Quod tunc: hoc est in novissimo die, quando omnes homines resurgent à morte, & sistentur coram tribunali Christi, quo reddant rationem de factis: cum enim in antecedentibus egisset de homine iusto, quod Dominus illum tanquam à se abjectum primum eripiat florentibus interea impiis, addit quid futurum in extremo die de illis.

3. Tum modus in genere, quoad praedictum, quod staturi sint sc. secundum Ps, 1, 5. consistent pi in iudicio sine pudore, & suis etiam adversariis insultabunt, vel sententiam fado, vel approbando latam, dum stare idem quod alacriter ac foriter facere. Uti impij inibi dicuntur non constituri, sed veluti pondere peccatorum iure sunt oppressi.

4. Quoad subiectum iusti, qui ita dicuntur non respectu propriae iustitiae, sed respectu imputativa, propter iustum in quem crediderunt; & respectu consummandae iustitiae, quã in hac vita testati fuerunt novitate vitae. August, 2. Contra Gaudens c. 37.

s In

§ In Specie in magna constantia. Quae est effectus fidei, nihilq; aliud est quam gloria contra peccata alacris & animosa propter iustitiam causa, advocatum Christum, adversariorum impotentiam, affinitatem cum iudice, benevolentiam assessorum Apostolorum, familiaritatem cum Angelis, Bonaventura testante.

6. Et comparatè respectu contrarii objecti adversus eos, partim quia angustiaverunt. Id est adversus tyrannos, qui graviter vexant atq; affligunt in hoc mundo pios cum calumniis, tum miseriis: siquidem facto ipso declarabunt, dignos istos esse istis pœnis & sanis, utpote qui adeò riserunt & subsannaverunt justos lugentes in terris.

7 Partim quia abstulerunt labores eorum. Quia contemnunt ac irritos facere conantur (hoc enim est ἀθετεῖν Ioh: 12, 48.) sanctos, horumq; labores ac pios conatus, ac si essent inanes ex Psal, 32, 10. etiam planè spoliant, Aug. Epist. 50. Ita enim impii in hoc mundo affligunt (uti testes Ecclesiarum ac Scholarum martyres) pios propter iustitia promovenda studiū: siquidem derident tanquā stultissimos, quod mundi potentiam & voluptates aspernentur. Nemo tamen frangatur talibus, cum

scias

sciat tempus fore, ubi in magna constantia sine
facuri.

8 Partim ab impiorum miseria, *Quae*
describitur vel respectu piorum in genere,
dum erit propter salutem inopinatam piorum
gemētium angustia. v. 2. In quo causa remo-
ta, dum impii visuri sunt. *Vti enim visio*
DEI est primaria forma aeternae felicitatis,
nempe coelestis intuitiva & quidditativa; Ita
visio impiorum est causa non minima eorum-
dem infelicitatis, non quidem per se, sed per ac-
cidens, quatenus nimirum visuri sunt gloriam
piorum contra deformes suorum effigies & tur-
pissimas diabolorum formas.

9. Et effectus tum antecedentis, dura-
turbabuntur timore horribili. *Id est con-*
fundentur in conscientia, quae dictura irrisio-
nis & illusiones: & mirabuntur insubitati-
one seu paradoxo insperatae salutis. Vt quibus
nunquam contingere potuisse felicitatem exi-
stimaverunt. Et dicitur de subito futuro, quia
derepēte sūt. 1. Thes. 2. 2. Pet. 3, 10. uti Hugo
explicat. Putant enim impii, sanctos DEI
filios etiam in altero seculo infelices fore.

10. Tum consequentis: *Vti in codicibus*
Latinis, nō autem in graecis, habentur quod fu-
turi gementes prā angustia spiritus: gemi-

tus

tu enim sunt satellites & proditores miseria-
rum, quas graviores reddet horror infernalis
damnatorum, & honor cœlestis piorum, ita
scil. qui exprimunt gemitus piis, calumniis &
varius tribulationibus, iis iterum gemitus ex-
primuntur.

11 Et gemituum abundantia, v. 3. In
quo facta conjunctim, dicentes intra se. Id est
cogitantes, sive ratiocinantes, hoc enim est in-
tra se dicere, Quemadmodum & sumitur
Psalm. 14. 1. vel etiam intra cœtum suum.

12. Distinctim, partim pœnitentiam
agentes. non quidem salutarem, quia inibi
pœnitentia locus non erit amplius, sed inanem,
dum sumitur pro quavis consilii mutatione uti
Exod. 13. 17. usurpatur, & ad Hebr. 11, 17.
Pœnitentia enim tempus uti est quidem per-
petuum, ita tamen tantum est, in hac vita quia
in damnatis non est, nec esse potest vera pœni-
tentia. Sed talis qualis divitis Luc. 16, 25.
& Caini Gen. 4, 13. reproborum Num. 23.
10. Gregorius 23 Moral. c. 27. sera enim irri-
rata agnitio Cyprian. Epist. ad Demoni.

13 Et partim præ angustia spiritus ge-
mentes, quod reperitur, ut dolor & miseria
geminata indicetur. Per spiritum verò men-
tem sive animam intelligit, qui alias etiam ita
vocatur secundum illud Es. 65, 14.

14 Tum dicta, ut qui dixerunt, minus, hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum: solent enim impii deridere in hoc mundo, pios & vilipendere, pro deridiculo q³ habere majus in similitudinem improperii, dum tanquam abiectissimos aestimant variisq³ scommatibus & dictis potissimum Ecclesiarum & Scholarum ministros afficiunt: ut sint in proverbii vulgi. Iob. 17, 6. Ps. 68, 12, 13. Ezech. 16, 44. Deut. 28, 37. Ierem. 48, 39. Thren. 3, 63. Unde etiam inter injurias psalterium est, quando in alterius ignominiam canticum componitur Paul. lib. 5. sentent. Tit. 4. de injuri. Ut exinde colligatur, contemptissimos in mundo & abiectissimos esse omnino non alios, quam quos Deus magnificat.

15 In specie, dum accusant quod fuerit magna stultitia v. i. In quo subiectum, quod insensati, hoc est: omniratione & sensu destituti, quales sunt stultissimi.

16 Prædicatum respectu vitæ, quod vitam illorum æstimaverint insaniam, & vivendi rationem (hoc enim βίος significat Act. 5, 20) aspernātur insanireq³ eos impii arbitrātur. Ita & Christus habitus insanus Marc. 13, 21. Paulus Act. 26, 17. Vir spiritualis, Os. 9, 7. & Apostoli Act. 2, 13.

17 Ec

17 Et respectu vilitatis quod fuerint
sine honore. Ac si in hac vita infelices & in-
glorii fuerint. Quia habentur ut purgamen-
tum mundi 1. Cor 4, 13. Ut portentum Ez.
17. 6. 24. 24. Ut prodigium Ps. 10. 7. pro
vilissimis tympanosis. Quales sunt Schola-
stici, qui malunt Deo placere quam mundo, sibi
vivere, quam libidini & honori indulgere.
Stultitia verò est hominis felicitatem etiam se-
cundum gentilem Philosophiam inde aestima-
re velle.

18 Et quod sanctorum magna sit glo-
ria v. 5. In quo præmittitur particula ad-
mirationis: Ecce, quamvis in græco non habe-
atur, ut ostendatur omninò notandum esse. Et
subjicitur piorum felicitas, partim quod con-
putati inter filios DEI, nempe adoptivos seu
aestimatos per gratiam, dum conversantur in-
ter angelos, qui filii Dei dicuntur Job. 1, 6. Et
cap. 28, 8. non per generationem aut adoptio-
nem, sed 1. propter creationem. 2. propter dile-
ctionem. 3. propter paterna faciei visionem.

19 Partim quod inter sanctos fors illo-
rum, tum quia cum aliis sanctis hæredes perpe-
tuae felicitatis & gloria. Vocatur enim vita
æterna fors. Id est, quia hæreditas interdum
sortem contingit, non propter meritum, Lo-

rinus voluit. Sic ergo qui hic deridentur à
profanis, propterea quod vita innocētia stude-
ant & ab illicitis voluptatibus sese abstineant,
illi in altero seculo inter beatos numerabun-
tur. Quod & præter cætera luculentum ex-
emplum illud, Luc. 16, 19. demonstrat.

20 Respectu malorum quoad fidem &
est impiorum inscitia v. 6. In quo causa
damnationis in genere est error à via veri-
tatis, *Quæ est Evangelium, quod tradit ve-
ram Dei notitiam.*

21 Et in specie quoad faciēda, dum
justitiæ lumen non luxit respectu fidei in
Christum, ut qui veram lucem accendit in-
mentibus; & respectu operum, quæ etiam
dicuntur lux quo videantur ab hominibus, quò
glorificetur Deus pater, quemadmodum ha-
betur Math. 5, 16. Nā Deus revelabit pudenda
ipsorum. Nahum. 3, 5. Vocatos quos culpa
clausit, aperit Greg. 25. Moral. 1, 2.

22 Nec sol intelligentiæ ortus eis,
qui est Christus, Malach. 4, 2. ut Lux Mun-
di Ioh 8, 12. 9, 15. per quem solum verè in-
telligimus DEVM, quis sit & quomodo colen-
dus & invocandus, illi vero ut rudes nil intel-
lexerunt & curarunt. *Atq; ita inscitia &*

contemptus doctrinae caelestis omnisque eruditionis
est causa damnationis.

23 Et quoad vitam est tunc conjunctim
omnis malitia v. 7. In quo positivè partim
in genere, quod lassati in via iniquitatis &
perditionis. Id est frustra occupati inutilibus
cultibus & exercitiis: siquidem in iis, quae citra
verbum DEI sunt, imò sine rationis prescri-
pto, labor inutilissimus esse solet: serviunt enim
& diis alienis die ac nocte, nec requies illis.
Jer. 16, 13. Et majores labores patiuntur pec-
catores, quàm servi DEI, ex Ps. 13, 3. Au-
tor imperfecti oper. Homil. 28. in Mattheum
quae tamen iniquitatem & propterea perditio-
nem pepererunt. Sunt enim araneorum tela. Ioh.
8, 14. Os. 8, 6. Es. 59, 5. David. Ps. 38, 1. Greg.
in lib. Ambrosii in Psalm. 38. Unde secundum
Chrysostom. in Psalm. 139, $\pi\omicron\nu\nu\epsilon\iota\alpha\nu \dot{\alpha} \pi\omicron\nu\nu\epsilon$
deducunt.

24. Et in specie quod ambulaverint vi-
as difficiles: siquidem verum est, majoribus
impensis, majoribus laboribus quaerunt impro-
bi damnationem quàm salutem, interitum
quàm vitam, cum sese plurimum fatigant &
per multas infirmitates ad inferos sese pra-
cipitant, cum tamen jugum Domini sit leve
& unica via, qua quis incedit, minus fatigatur
quippe

quippe per eam nos ducere promisit Prov. 4.
15. 12.

25. Negativè quod viam Domini igno-
ra verint, id est, veram rationem perveni-
endi ad Deum, uti etiam placandi & conse-
quendi salutem, ut intelligatur practica noti-
tia cum usu coniuncta. Nam alias nemo pra-
texere poterit ignorantiam, dum omnes voca-
vit 1. Tim. 3. 4. Hanc autem viam ostendit
Evangelium, dum monstrat redemptorem &
reconciliatorem generis humani. Nam haec
via est ipse Christus Ioh. 14. 6. qui per eam in-
greditur, per eam quoque regnum caelorum
consequitur.

26. Et distinctim per assertionem, quod
partim nihil profuerit arrogantia, v. 8. In
quo querela tū de superbia, quod nil pro-
fuerit: siquidem & aliàs inane & vanum est
vitium, quò se etiam Diabolus privavit omnè
honore & gloria: Unde & veteres dixerunt vs
homini cuius auriga superbia est, quia exinde
nil aliud nisi iactantia, uti videre est Dan. 4.
v. 27. Audacia, iniustitia Exod. 1. v. 11. in
Pharaone, luxuria in Epulone Luc. 16. v. 19.
Lascivia in Herode Matth. 14. v. 3. Immise-
ricordia in Nabale 1. Sam. 25. v. 20. Reginaq;
omnium vitiorum, Thomas 2. 2. q. 164. art. 4.
ad

ad 4. Quid ergò prodesse potuit, cum semper
obesse solet?

27. Partim quod iactantia divitiarum ni-
hil juverit. *Aequae enim divitiae sunt bona
fortune, quae potius corrumpunt & pessundant
quàm juvant ac beant. Vexant enim haben-
tem: & nisi quis rectè utatur saepe per eas ad
infernum precipitatur. Faciunt enim divi-
tiae Apostatas & Idololatrias ad Eph. 5, v. 5.
Servos Diaboli dum per fas & nefas acquirū-
tur, retinentur ac usurpantur (uti videre est
in divite) animamq, suffocant. Talia ergò vi-
tia quae tamen hominibus huius mundi maxi-
me sunt propria damnationis, sunt ut incita-
menta, ita etiam quodammodo argumenta.*

28. Et per declarationem, quae ad umbra-
tur in similibus desumptis à rebus incon-
stantibus respectu terrae ut est umbrae incō-
stantia v. 9. In quo partim de umbra, quod
sit velut transiens: nā ut umbra nō durat diu,
sed secundum motū corporis illūinantis paula-
tim recedit, decrescit, ita etiam superbia & di-
vitiarum copia. Deinde umbra nil nisi lu-
cis est privatio, ita etiam ista vera lucis sunt
privationses.

29. Partim quod sint tanquam nuntius
percutiens, uti & illum non facile quis asse-
quitur

quitur, ita & omnia ista sunt transitoria, nihil enim est constans in rerum natura. Job. 9, 25.

30. Respectu aquæ est navis aberrantis propter avaritiam v. 10. In quo antecedit quod rãquam navis, quæ pertransit ventorum impulsu fluctuantem aquam, sint omnia istorum hominum uti omnia humana. Et indicat negotiosam hominum vitam, Ps. 106, 32. & luxuriam immensam, uti Job. 9, 25. dum qui navi vehuntur sine lassitudine pergunt, aut quiescendi necessitate.

31. Consequens, tùm quod quando præterit, non possit vestigium inveniri, siquidem est corpus cedens & recedens, tùm quod neque semita carina in fluctibus possit deprehendi. Ita humana sunt caduca & fugacia: Salom: proverb. 30, 9.

32. Aut à rebus volantibus, ut avis volantis nullorum signorum apparentia v. 11. In quo in genere quoad subiectum quod sit sicut avis, quæ transvolat in aere: ut enim ille non diu durat in uno loco, sed volatu se librat hinc inde in aere, ita & Job. 9, 26. Prov. 30, 19. Quoad prædicatum, quod nullum inveniatur itineris ejus argumentum, & quæ enim cedit aer & recedit ut aqua. & adhuc citius, cum corpus sit tenuissimum visui non obiectum.

33. In specie, antecedens quod tantum
audiatur sonitus quia verberant alis, qui di-
cuntur ταρσοί. quia speciem cratis habent à
vimine velut remiges, quamvis & pedes ita ap-
pellentur, & scindunt violenter aerem auditus
enim subtilior est ipso visu. Consequens est
quod commotis alis transvolat & tamen nul-
lum signum itineris relinquit, ita istorum ho-
minum quoque breves sunt eventus.

34. Et sagittæ emittæ viæ ignorantia. v.
12. In quo antecedens, quod sit sicut sagit-
ta emissa in locum destinatum, quo denota-
tur impiorum scævicia, qui sagittant in obscu-
ro rectos corde & immaculatos Psal. 10, 2.
Consequens, dividat quidem aerem, sed qui
continuo reclusus facit ignorare transitum illi-
us, ut nec vestigium monstrari possit.

35. Et applicatur in vitæ inconstantia
v. 13. In quo modus quod sic & nati con-
tinuò deficiunt: vita enim hominis, quamvis
longissima, tamen brevissima, quippe quotidie
demitur pars aliqua vita, & tunc quoque cum
crescimus vita decrescit, infantiam amissimus,
qui penè ipsum quem agimus diē, cum morte
dividimus. Senec. Epist. 24. Plutar. Opus.
de Ora. Delph. August. de Civit. DEI. 13.
C. 10. Et effectus negativè, quod non va-
luerint ostendere signum virtutis, quippe

eam non didicerunt, propterea nec eam exercere potuerunt.

26. Affirmativè, quia in malignitate consumpti sunt. *Cum enim malitia admodum operam dederint, antequam mors in propinquo esse animadverterent. Et sumptibus maximis (hoc enim sonat Græcū Καταπαυήθημεν) exhausti, abrepti. sunt enim mali venumdati sub peccatum Rom 7, 4. Et alia mala omnia Polybio teste lib. 4.*

37. Et tandem ipsorum sequitur sententia v. 14. *Hæc in græco non legantur. Estq; hîc impiorum effectus respectu loci in inferno, in quem præter opinionem præcipitatis propter nequitiam, Et respectu subjecti, ij qui peccaverunt. Justè enim damnantur tales Et postmodum etiam lamentantur taliter,*

HINC NOTA.

Stabunt justis) considera in futura gloria justos gloriaturos, ut discas si vis gloriari Et in judicio unà stare, quo sis justus.

Hi

modo ἀνθρώπων παρθῶς adum-
bretur. Dicuntur autem man-
siones, quia in terris tantum ta-
bernacula habemus, non civi-
tatem manentem Hebr. 13, 14.
Isumus hic peregrini in hospitiiis
Ps. 39, 13. hic lutea domus, Heb.
4, 19. terrestris, 2. Cor. 5, 1. In
cœlis æternæ erunt, 2. Cor. 5, 1.
In cœlis propriæ mansiones Phil.
3, 20. Ubi vel tandem manen-
dum quâdo cœlum & terra cor-
ruerit. Sunt enim μοναὶ ἀμέ-
ναι. Unde Polybius, lib. 4. μο-
νὰν καὶ σάσιον conjūgit. Et quod
Plato in Timeo dixit ἐν ταύτῳ
σρεφόμενα αἰεὶ μένει, illud Ci-
cero reddidit suis sedibus hæret
& perpetuò manent.

Quid

Quid significet hoc loco εἰ ἂν v. 3?

Nonnus & Erasmus cōditiona-
liter accipiunt, & per *si* reddunt:
At Christus non loquitur *con-*
ditionaliter, sed assertivè. Ideo-
que εἰ ἂν prc ὅταν seu ἐπειδὴν po-
situm, ut sit idem quod *cum si-*
ve postquam, uti & Joh. 13. 29.
accipitur, Et 16, 7. εἰ ἂν πορευθῶ
cum abiero: quomodo & He-
bræei voce *im* utuntur Gen. 38,
9. Mich. 7. 2. Sic & lib. 9, Æneid.
Virgilius: Præterea si non a diem
mortalibus alium, extulerit.
Id est, postquam. Alias enim
magnopere labefactaretur cō-
solatio, quæ in verbis Chri-
stī proponitur; quippe incer-
tum foret an abierit locos pa-
ratu-

raturus. 2, Verba sequentia,
quo ego Vado scitis & viam scitis,
evidenter testantur, Christum
assertivè loqui.

Ad Respondentem'

Lapsus in augustiis rebus modò pene fu-
issem

Sevus ut in scholicis ædibus ignis erat.
Ucalegon arsit: quin ipsus, Apollo: reda-
Etam

In cineres sedem plorat & ipse suam.
Ast ubi tota simul junctura flagrauerit
orbis

Ut fuerit tandem vel cinis ipse nihil:
Tunc justus contra cõstanter alastores o-
mnes

Et deceptores stabit ubique probè.
Et turbabuntur stimulante timore viden-
tes:

Quin mirabuntur cœlica fata piis.
Spiritus in gemitu fremet horum: talia
dicent:

Sunt? an non? Hos risimus ante modo.

Insanus

Insanos arbitrabamur, pondera terra,
Quos inter socios cernimus esse DEI.

Ah nimis à vero, nimis aberravimus, ah,
ah

Iustitiæ nobis lux quoque nulla fuit.
Pluribus ista docet Sapiens benè, pluri-
bus ista

BENICHIUS repetit, pergat, eritq, bene!

Optat

GUEINZIUS.

PHALÆCIUM.

HEus! & perpetuæ cupis sacrare
Nomen tu quoque jam perenni-
tati,

BENICHI, Scholicæ decus palæstræ;
Dū sic chalcographis typis nepotum
Reddis post genitæ sacram cohorti
Susceptam bene disputationem.

Coëptum laudo tuum: suāvior, ut
sic

Peta

Pergas perpetuum, Ievesque sicca
Porro Castalio liquore labra,
Ibit suppetias tuo labori
Pallas: turba Novensilum Dearum
Imponet capiti lubens coronam.

JOAN: CHRISTOPHORI LICHT-
NERI Nymizenſis.

Εμμεναι ἦν ἐθέλεις υἱὸς θεῶν αὐτογενέθλα,
ὦ βροτὲ, καρτερικῶς τὰ ἐπωμαδὸν ἄχος
αἰεῖρειν,

Ἡδὲ καὶ ἐν κραδίῃ Ἰλῆναι Τάλα πενθεῖα θυμὸν,
Ἴφ’ ὅτε νωλεμέως μέγα πῆμα κεκοῖο μογῆ-
σαι.

Ὅσπ’ ὅτε γὰρ, θνητῶν μερόπων νεκροσσοῦς ὄρη
Ἰξείαι ὀψιέλεσος, ἀναυδέα σώματα ἤχι
αὐτὶς ἀναζήσσει ἀναστήτων ἀπὸ κόλπων,
χρῖς δ’ ὀφθεγγομένοιο δεδεγμένα ἐνθεον ἤχω.
Οἱ μὲν ἀεθλεύσαντες ἀμεμβέα πίσιν ἀγῶνας
ζωῆς ἀθανάτης ἐς ἀνάστασιν, οἱ δὲ καρούηες
ἔργα πολυπλανέος βιοῆς ἑτερὶ φρονι λύσ-
ση

κρίσεος ἐρχομένης ἐς ἀνάστασιν ἠδ’ αἶδος δῶ,

Ἡχι

Ἦχι πυρὸς ποταμοὶ καὶ Δαίμονες ἀγριόθυ-
μοι

Πλείοσι ταῦτ' ἀναφαίνει ἅπαντα λόγῳ πα-
ρεόντι

ΒΗΝΙΧΙΟΣ σπέῦσον, φεύξοντε βίε σφαλεροῖο
Ἔργα, καὶ ἐμβήση τὸ Θεῶν ἔδος ἀγνὸν ἔλυμπον.

Christoph Gerhard
Schmólnâ Misnicus.

W Er auf der schönen Welt das Irdische verach-
tet/

Und nur allein nach dem was über uns ist/trachtet/

Ja wer da seinen Stand stets richtet nur allein/

Wie er GOTT durch sein Wort erkennen lerne
rein:

Der thut/ was lobens werth/und ihm voll Rechte ge-
bühret/

In dem den Namen er des wahren Christen führet.

Dies hat auch BENEH nun sich unterwunden
hier/

Drumb wird er demal eins auch seyn des Himmels
Zier.

welches wünschet

J. A. Zentke.

E N D E.

Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, written in a cursive script.

Second line of handwritten text, continuing the header or beginning of a section.

Third line of handwritten text, possibly a date or a specific reference.

Christoph Schenck
Schleiermacher

Fourth line of handwritten text, possibly a name or a title.

Fifth line of handwritten text, continuing the list or entries.

Sixth line of handwritten text, possibly a date or a specific reference.

Seventh line of handwritten text, continuing the list or entries.

Eighth line of handwritten text, possibly a name or a title.

Ninth line of handwritten text, continuing the list or entries.

Tenth line of handwritten text, possibly a name or a title.

Eleventh line of handwritten text, continuing the list or entries.



Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970

Th. 4968





12

CIARUM

LICARVM

IVALIUM

atio duodecima

ÆSIDE

IO GUEINZIO

re Gymnasii

allensis

ondente,

E BENICHIO

nsi Misnico.

in

PPI ET JACOBI

, C. XLIV.

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

S SAXONUM

um Melchioris Oel-

hlegelij.

DC. XLV.